

ADDITAMENTA
AD LECTIIONIS VARIETATEM
IN
PINDARO.

AD OLYMP. I.

1-17. Vereor vt in strophae primae extremis verbis veram lectionem teneamus. Lyrica audacia per sententiarum inuersiones enuntiati sunt vs. 1-12. quorum sensus ac vis huc redit: *inter certamina, inquit, Olympicum eminent, vt inter elementa principatum tenet aqua, inter metalla aurum, inter astra sol.* Versu 5. variata oratione hoc extulit: *εἰ δ' ἄεθλα γ. non magis interdum aliud astrum, quod solem lucentem vincat, conspici potest, quam certamen quod insignius sit Olympico: μὴ σκόπει — μηδὲ αὐδάσομεν,* noua inuersione. Verum haec facile expediri possunt. Sequuntur nunc verba:

ὄθεν ὁ πολύφατος
ῥμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεῖαν ἰκομένους
μάκαιραν Ἰέρωνος ἔστταν.

Sententia ipsa non est obscura: in victoria Olympica celebranda laudibus Jouis semper suum locum esse. At nondum vidi rationem idoneam, qua et sententiarum nexus et vocis ἀμφιβάλλεσθαι notio et iunctura constitueretur. Multa ariolantur grammatici; quae facile est refellere; aliquid statuere difficile est. ἀμοι-

A

βάλλεσθαι